

CAP. V.

*Quod medicatio cum remediis
specificis seu occulta & proprietatis,
quibus dicti Fratres utuntur,
facta, sit nature humanae
acceptissima & morbo magis
contraria, quam alia.*

QUæ iam dicta sunt, non debent ita intelligi, quasi huius Societatis Medicamenta non essent naturalia, tam ex vegetabilibus, quam aliis naturis de prompta, sed quod vnum altero sit preciosius & efficacius, idq; ex occulta & magis admirabili, quã perscrutabili virtute: Idem enim vsu venit in aliis, ex solis vegetabilium speciebus, concinnatis Pharmacis; multo magis itaque in diuersis: Sunt illis Panchresta, Polychresta, Manus Christi & alia magnis titulis insignita & Narcotica & Alexipharmaca, de quibus Galenus aliiq; miras laudes prædicant, in quot & quantis morbis conueniant & præsentaneum